



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Marcus Eu. S. Richarius presb. S. Erminus Epis 25. Apr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Marcus Eu. S Richarius presb.
S. Erminus Epif. 25 Apr.



Deuotio.

In prece facies amunda non ostenditur, quando cogitationis infimæ lustro maculatur. Gregor.

Deus qui B. Marcum Euangelistam tuum. Euangelicæ prædicationis gratia sublimasti, inibue quæ sumus, eius (& S. Richarij atque Ermini) nos semper eruditione proficie & oratione defendi. Per D. N. Iesum Chr. &c.

Ora pro augmento pietatis, &

1. S. Marcus Euangelista S. Petri discipulus, Romæ rogatus à Fratribus Euang. ut à S. Petro audierat, conscripsit, Petrus approbavit & Ecclesiæ legendum tradidit. Inde in alias mundi oras missus ad cōstituendas Ecclesias demum Alexandriam in Aegyptum peruenit: bi A. Octauo Neronis Imp. à persecutoribus trucidatus. Eius corpus à Venetis clam sublatum ex Aegypto Venetias translatum fuit.

2. S. Richarius presb. dum sacerdotes hospitio exceptos fouet ab ijsdem alimoniam sacram spiritus recepit, qua ita profecit, ut abiectis rebus terrenis se cælestibus cōsecraret, claruit tēpore Dagoberti R. Francorū A. 675

3. S. Erminus Ab. & Ep. Lobienis, B. Epo. Virsmaro sese in disciplinam dedit, à quo ita fuit institutus ut eius in Episcopatu mereretur esse successor. Claruit pari cum Magistro suo
victus sub An. D. 737.